gione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam arripuit, et cum ea se in sacrarium, quod summa colebatur cæremonia, conjecit. Inde non prius egressus est; quam Rex eum data dextera in fidem reciperet, quam præstitit. Nam cum ab Atheniensibus et Lacedæmoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit, monuitque ut consuleret sibi. difficile enim esse in tam propinquo loco tuto eum versari. Itaque Pydnam eum deduci jussit, et, quod satis esset præsidii, dedit. Hac re audita, hic in navem omnibus ignotus ascendit. quæ cum tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum

per fierissima tempesta portata a Nasso, dove era allora l'esercito degli Ateniesi; s'avvisò Temistocle, che approdando là, sarebbe dovuto morire. Da questa necessità stretto al capitan di nave si aperse chi egli era, promettendogli molto, se lo salvasse. Quegli vinto da misericordia di uom sì famoso, lungi dall'isola tenne la nave sull'ancore la notte e 'l dì, nè permise che ne smontasse persona. Di qua passò ad Efeso, dove spose in terra Temistocle, il qual poi giusto merito gliene rendè.

9. So ben io molti avere scritto, Temistocle, Serse regnando, esser passato nell'Asia. Io però in ispezieltà mi sto con Tucidide, che fu più vi-

****

Atheniensium erat exercitus; sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus domino navis quis sit aperit, multa pollicens si se conservasset. At ille clarissimi viri captus misericordia, diem noctemque procul ab insula in salo navem tenuit in anchoris, neque quenquam ex ea exire passus est. Inde Ephesum pervenit; ibique Themistoclem exponit, cui ille pro meritis gratiam postea retulit.

IX. Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem, Xerxe regnante, in Asiam transiisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo, quod æta-

cino di tempo a coloro che la storia lasciarono di que' tempi, e fu suo concittadino. Dice dunque egli, lui esser venuto ad Artaserse, e scrittogli siffatta lettera. Io Temistocle son venuto a te, che di tutti i Greci ho fatto maggiori mali a casa tua, quando mi fu giuocoforza contro il padre tuo combattere, e la mia patria difendere. ma di troppi più beni gli feci io medesimo, dappoichè cominciai io ad essere in salvo, egli in pericolo. Da che volendo in Asia tornare, dopo la giornata di Salamina, l'avvisai per lettera trattarsi di tagliare il ponte fatto in sull'Ellesponto, e di chiuderlo in mezzo. per lo quale avviso e'



te proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt, et ejusdem civitatis fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem eum venisse, atque his verbis epistolam misisse. Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli, cum mihi necesse fuit adversus patrem tuum bellare, patriamque meam defendere. idem multo plura bona feci, postquam in tuto ipse, et ille in periculo esse cœpit. Nam cum in Asiam reverti vellet, prœlio apud Salamina facto, literis eum certiorem feci, id agi, ut pons quem in Hellesponto fecerat dissolveretur, atque ab hostibus circumi-

si sottrasse al pericolo. Ora poi da tutta la Grecia perseguitato, mi sono rifuggito a te, l' amicizia tua addimandando: ottenendola, tu non mi avrai men buono amico, che egli m' avesse forte nemico. Ti prego però che mi conceda un anno di tempo a potere di queste cose teco abboccarmi; il quale passato, a te mi lasci venire.

10. Il Re maravigliato della grandezza del suo animo, e bramando farsi amico sì grand' uomo: gliene fece la grazia. Dette egli tutto questo tempo alle lettere e alla lingua persiana, nella quale venne tanto innanzi, che dicesi lui aver parlato al Re assai meglio de' nati in Persia. Questi fatte



retur. quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc autem confugi ad te exagitatus a cuncta Græcia, tuam petens amicitiam: quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. Ea autem rogo, ut de his rebus, de quibus tecum colloqui volo, annum mihi temporis des; eoque transacto, me ad te venire patiaris.

x. Hujus Rex animi magnitudinem admirans, cupiensque talem virum sibi conciliari: veniam dedit. Ille omne illud tempus litteris sermonique Persarum dedit, quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur apud Regem ver-

al Re molte promesse, e questa di tutte più grata; che volendo lui seguir suoi consigli, avrebbe avuta in mano la Grecia; da Artaserse (avuto da lui di gran doni) fe' ritorno nell' Asia, e in Magnesia si mise a stare. da che questa città (che gli rispondeva ognanno di cinquanta talenti) gli avea donato il Re, dicendogli che gli desse il pane: Lampsaco, donde avesse il vino: e donde il companatico, Miunte. Di lui a memoria nostra due monumenti rimasero: il sepolcro appresso alla città dove fu sotterrato, e le statue nella piazza di Magnesia. Della cui morte da molti in molti modi fu scritto; ma io me ne vo con Tucidi-

••••

ba fecisse, quam hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic cum multa Regi esset pollicitus, gratissimumque illud; si suis uti consiliis vellet, illum Græciam bello oppressurum; magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit, domiciliumque Magnesiæ sibi constituit. nanque hanc urbem ei Rex donaverat, his usus verbis, quæ ei panem præberet; ex qua regione quinquaginta talenta quotannis redibant: Lampsacum, unde vinum sumeret: Myunteın, ex qua obsonium haberet. Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo: sepulcrum prope oppidum in quo est sepultus, sta-

de, che tiene lui esser morto di suo male in Magnesia, ed essere corsa voce avere volontariamente preso il veleno, disperando potere al Re osservar la promessa della Grecia. Il medesimo pur lasciò scritto essere state le sue ossa dagli amici sepolte di furto nell' Attica; da che ciò era vietato, essendo lui stato condannato per traditore.

••••

tuæ in foro Magnesiæ. De cujus morte multis modis apud plerosque scriptum est; sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiæ morbo mortuum, neque negat fuisse famam, venenum sua sponte sumsisse, cum se, quæ Regi de Græcia opprimenda pollicitus esset, præstare posse desperaret. Idem, ossa ejus clam in Attica ab amicis sepulta; quoniam legibus non concederetur, quod proditionis esset damnatus; memoriæ prodidit.

IL FINE

DELLA VITA DI TEMISTOCLE

ARISTIDE

VITA TERZA

DI

CORNELIO NIPOTE



1. Aristide ateniese di Lisimaco fu sottosopra nel tempo medesimo che Temistocle: pertanto fecero a superarsi l' un l' altro; e fatto fu, che e' si morsero insieme. In costoro poi chiaro si vide quanto l' eloquenza fosse dell' innocenza aldisopra. Conciossiachè quantunque Aristide era venuto talmente in voce per la moderazione, che egli solo, da che il mondo è mondo, fu (per quello ch' io n' ho potuto ritrarre) soprannomato il Giusto; ciononpertanto soperchiato da Temisto-



1. Aristides Lysimachi filius Atheniensis æqualis fere fuit Themistocli: itaque cum eo de principatu contendit; nanque obtrectarunt inter se. In his autem cognitum est quanto antistaret eloquentia innocentiæ. Quanquam enim adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus post hominum memoriam (quod quidem nos audierimus) cognomine Justus sit appellatus; tamen a Themistocle collabefactus testula illa exilio decem annorum multatus est. Qui

cle per sentenza de' cocci, fu condannato a dieci anni di esilio. Il quale ben conoscendo non potersi reprimere un popolo sollevato, e veggendo sul suo partire un cotal che scriveva la sentenza del suo bando, dicesi avergli dimandato, Perchè fai tu questo? o di qual colpa è mai reo Aristide, che tu lo giudichi di siffatta punizion meritevole? Al quale colui: Io non vidi pur-mai Aristide; ma non mi piace aver lui fatto sì studiosa opera di essere, solo di tutti, nominato Giusto. Questi non resse intera la multa de' dieci anni: conciossiachè, dopo disceso Serse nella Grecia, forse il sesto anno de' confini avuti, fu richiamato in patria per decreto della plebe.



quidem cum intelligeret, reprimi concitatam multitudinem non posse, cedensque animadverteret quendam scribentem ut patria pelleretur, quæsisse ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta pœna dignus duceretur? Cui ille respondit se ignorare Aristidem; sed sibi non placere quod cupide elaborasset, ut præter cæteros Justus appellaretur. Hic decem annorum legitimam pœnam non pertulit: nam postquam Xerxes in Græciam descendit, sexto fere anno quam erat expulsus, plebiscito in patriam restitutus est.

2. Fu alla battaglia navale di Salamina, che fu data, non essendo anche della pena assoluto. Fu parimente pretore degli Ateniesi a Platea nella giornata, in cui Mardonio e l' armata de' barbari fu messa in isconfitta e fatta in pezzi. Non abbiamo di lui altra prodezza in fatto di armi, salvo la memoria di cotal capitaneria; ma di giustizia e di equità e di nettezza a gran numero. Principalissima fu questa; che per la moderazione di lui, trovandosi nella flotta di tutta la Grecia insieme con Pausania (sotto la cui condotta era stato messo in fuga Mardonio) avvenne il trapassamento del sommo comando del mare dagli

****

II. Interfuit autem pugnæ navali apud Salamina, quæ facta est prius quam pœna liberaretur. Idem prætor fuit Atheniensium apud Platæas in prælio, quo Mardonius fusus barbarorumque exercitus est interfectus. Neque aliud est ullum hujus in re militari illustre factum, quam hujus imperii memoria; justitiæ vero et æquitatis et innocentiæ multa. In primis quod ejus æquitate factum est cum in communi classe esset Græciæ simul cum Pausania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut summa imperii maritimi a Lacedæmoniis transferretur ad Athenienses. Nanque ante id tempus

Spartani negli Ateniesi. Imperciocchè prima di questo tempo, gli Spartani aveano avuto la somma del comando in mare e in terra. Ed oltre a ciò; per la prepotenza di Pausania e per la giustizia di Aristide conseguitò, che forse tutte le città della Grecia si collegassero cogli Ateniesi, e se gli scegliessero a capitani contro de' barbari a più facilmente respingerli, se peravventura tentassero far da capo la guerra.

3. Fu prescelto Aristide che diffinisse quanto di denaro dar dovesse ciascuna città al fabbricar delle navi, ed al fare delle osti. Di sua volontà si raccolsero ogn' anno in Delo quattrocensessanta ta-



et mari et terra duces erant Lacedæmonii: tum autem et intemperantia Pausaniæ et justitia factum est Aristidis, ut omnes fere civitates Græciæ ad Atheniensium societatem se applicarent, et adversus barbaros hos duces deligerent sibi, quo facilius repellerent, si forte bellum renovare conarentur.

III. Ad classes ædificandas exercitusque comparandos, quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus est qui constitueret. Ejus arbitrio quadringenta et sexaginta talenta quotannis Delum sunt collata; id enim commune ærarium esse voluerunt. Quæ omnis pecunia

lenti; avendo voluto ivi fosse l' erario comune. Il qual denaro fu poscia traportato tutto in Atene. Del suo disinteresse poi non abbiamo prova più certa di questa, che, avendo egli menato affari sì rilevanti, morì in tanta povertà, che a mala pena lasciò da fargli il mortorio. Perchè avvenne che le figliuole sue furono mantenute a spese del governo, e maritate con dote lor data dalla cassa pubblica. Si morì forse dopo quattro anni, da che Temistocle era stato di Atene cacciato.



postero tempore Athenas translata est. Hic qua fuerit abstinentia, nullum est certius indicium, quam quod, cum tantis rebus præfuisset, in tanta paupertate decessit, ut qui efferretur vix reliquerit. Quo factum est, ut filiæ ejus publice alerentur, et de communi ærario dotibus datis collocarentur. Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus.

IL FINE

DELLA VITA DI ARISTIDE

P A U S A N I A

V I T A Q U A R T A

D I

CORNELIO NIPOTE



1. Pausania spartano fu grand' uomo, ma incostante in ogni stato di sua vita. da che e risplendè per le virtù, e fu affogato di vizi. Celebratissima è la battaglia data da lui a Platea. Imperciocchè, lui capitano, Mardonio real satrapo, di Media, genero del Re, la miglior testa e 'l più accorto di tutti Persiani, con dugentomila fanti (tutta gente scelta) e ventimila cavalli, fu fatto fuggir di Grecia da oste non così numerosa; e 'l capitano medesimo rimase in sul campo. Per la



1. Pausanias Lacedæmonius magnus homo, sed varius in omni genere vitæ fuit. nam ut virtutibus eluxit, sic vitiis est obrutus. Hujus illustrissimum est prælium apud Plateas. Nanque, illo duce, Mardonius satrapes regius, natione medus, Regis gener, in primis omnium Persarum et manu fortis et consilii plenus, cum ducentis millibus peditum, quos viritim legerat, et viginti millibus equitum, haud ita magna manu Græcia fugatus est; eoque ipse

qual vittoria levato in superbia si diè a mulinar fatti maggiori, ed a sforzarsi più ad alto. Ma soprattutto ebbe mala voce in ciò; che, avendo del bottino posto un treppiè d'oro in Delfo, ci aggiunse un epigramma, di cui ecco la sentenza: Sotto di me sono stati distrutti i barbari a Platea, e per questo dedico questo dono ad Appolline. Cotali versi cancellaron gli Spartani, nè ci scrissero se non il nome di quelle città, coll'ajuto delle quali erano stati vinti i Persiani.

2. Dopo questo fatto di armi mandarono esso Pausania colla comune armata di mare in Cipro e in Ellesponto a cacciar da quei paesi le guar-

••••

dux cecidit prœlio. Qua victoria elatus plurima miscere cœpit, et majora concupiscere. Sed primum in eo est repreheusus; quod, cum ex præda tripodem aureum Delphis posuisset, epigrammate scripto, in quo erat hæc sententia: Suo ductu barbaros ad Platæas esse deletos, ejusque victoriæ ergo Apollini donum dedisse. Hos versus Lacedæmonii exsculpserunt, neque aliud scripserunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Persæ erant victi.

II. Post id prælium eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum atque Hellespontum miserunt, ut ex his regionibus barbarorum præ-

nigioni de' barbari. In questa spedizione altresì felicemente riuscito, prese a tener modi più alteri e a volersi levare via più. Da che sforzata Bizanzio, venuti in sue mani, tra moltissimi nobili Persiani, alcuni parenti del Re; di celato li rimandò a Serse, facendo vista essere della pubblica carcere scappati; e con questi un Gongilo d'Eretria con questa lettera (per quel che ne conta Tucidide) al Re: Pausania duca di Sparta ti manda in dono coloro che prese in Bizanzio, conosciutili tuoi parenti; ed egli pur brama addivenir tuo parente; e però, se pare a te, potresti dargli tua figliuola in moglie. Se lo farai, ti dà parola che

••••

sidia depelleret. Pari felicitate in ea re usus, elatius se gerere cœpit, majoresque appetere res. Nam cum, Byzantio expugnato, cepisset complures Persarum nobiles, atque in his nonnullos Regis propinquos; hos clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis effugisse; et cum his Gongylum eretriensem, qui literas Regi redderet, in quibus hæc fuisse scripta, Thucydides memoriæ prodidit: Pausanias dux Spartæ, quos Byzantii ceperat, postquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri misit; seque tecum affinitate conjungi cupit; quare, si tibi videtur, des ei filiam tuam nuptum. Id si

(lui dandoti di spalla) t' insignorirai e di Sparta e del rimanente della Grecia . Se in questo proposito tu vuoi nulla da lui , mandagli persona sicura con cui abboccarsi . Il Re (godendogli forte l' animo del veder salve tante persone e tanto a sè strette di sangue) manda tosto a Pausania Artabazo con lettera , in cui lodandolo assai , gli dice di non perdonarla a checchessia per mantener la promessa . facendolo lui , e' non saprà dirgli di nessuna cosa di no . Pausania veduto l' animo del Re , nel trattar dell' affare presa un po' troppo baldanza , venne in sospetto degli Spartani . In questo richiamato a casa , di capital delitto accusato , è as-

••••

feceris , et Spartam et cæteram Græciam sub tuam potestatem , se adjuvante , reducturum pollicetur . His de rebus si quid geri volueris , certum hominem ad eum mittas face , cum quo colloquatur . Rex tot hominum salute tam sibi necessariorum magnopere gavisus , confestim cum epistola Artabazum ad Pausaniam mittit , in qua eum collaudat , ac petit ne cui rei parcat ad ea perficienda , quæ pollicetur . si fecerit , nullius rei a se repulsam laturum . Hujus Pausanias voluntate cognita , alacrior ad rem gerendam factus , in suspicionem cecidit Lacedæmoniorum . In quo facto domum revocatus ,

soluto; è però condannato in denaro. per questo non fu rimandato all' armata.

3. Ma egli indi a non molto di suo arbitrio si tornò al campo, ed ivi non astutamente ma mattamente egli stesso si trasse la maschera. da che non pur cangiò i patrj costumi, ma e l' usare e le vesti. Si dava aria da Re: vestiva alla media: da guardie medie e persiane era scortato: tenea tavola alla persiana con più lusso di quello che comportar potesse chi la vedeva: negava l' udienza a chi la dimandava: rispondeva da superbo e da crudel comandava: non voleva tornare a Sparta: sen' era ito a Golona di Troade, ed ivi pigliava



accusatus capitis, absolvitur; multatur tamen pecunia. quam ob caussam ad classem remissus non est.

III. At ille post non multo sua sponte ad exercitum rediit, et ibi non callida sed dementi ratione cogitata patefecit. non enim mores patrios solum, sed etiam cultum vestitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, veste medica: satellites medi et ægyptii sequebantur: epulabatur more Persarum luxuriosius quam qui aderant perpeti possent: aditum petentibus conveniendi non dabat: superbe respondebat, et crudeliter imperabat: Spartam redire nole-

partiti ed alla patria contrari ed a sè. Gli Spartani, risaputo ciò, gli mandarono messaggi colla scitala, nella quale al loro uso era scritto, che, se non tornasse a casa, l' avrebbon condannato nella testa. Sbigottito da siffatto avviso, sperando per denaro e pratiche poter rimuover da sè il soprastante pericolo, a casa tornò. Al porvi piede, fu dagli Efori cacciato nella pubblica carcere. da che per le loro leggi può ciascun Eforo fare cotal cosa ad un Re. Pure gli venne fatto di liberarsene: nè già per questo morì il sospetto di lui; da che restava ferma l'opinione aver lui aderenze col Re. V'ha in Sparta certa razza di gente che

••••

bat: Golonas, qui locus in agro troade est, se contulerat; ibi consilia cum patriæ, tum sibi inimica capiebat. Id postquam Lacedæmonii resciverunt, legatos ad eum cum scytala miserunt, in qua more illorum erat scriptum, nisi domum reverteretur, se capitis eum damnaturos. Hoc nuntio motus, sperans se etiam pecunia et potentia instans periculum posse depellere, domum rediit. Huc ut venit, ab Ephoris in vincula publica conjectus est. licet enim legibus eorum cuivis Ephoro hoc facere Regi. Hinc tamen se expedivit: neque eo magis carebat suspicione; nam opinio manebat, eum

si chiamano Eloti, una gran parte de' quali fanno da agricoltori e da servi; correva voce che ancor costoro riscaldasse a speranza di libertà. ma siccome di questi delitti non era ancora prova sì aperta da poterlo accusare; divisarono non convenire sopra soli sospetti formar giudizio di tanta e tanto chiara persona; ma sì aspettare che la cosa si appalesasse di per sè.

4. In questo mentre un Argilio giovane (che da ragazzo era stato da Pausania disonestamente amato) avuta da lui una lettera per Farnabazo, ed entrato in sospetto esserci scritta qualcosa di sè; perchè nessuno era tornato di coloro, che sopra



cum Rege habere societatem. Est genus quoddam hominum, quod Helotes vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, servorumque munere fungitur; hos quoque sollicitare spe libertatis existimabatur. sed quod harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui posset; non putabant de tali tamque claro viro suspicionibus oportere judicari; sed expectandum dum se ipsa res aperiret.

IV. Interim Argilius quidam, adolescentulus, quem puerum Pausanias amore venereo dilexerat, cum epistolam ab eo ad Artabazum accepisset, eique in suspicionem venisset, aliquid

questo fatto erano stati mandati colà; ruppe la legatura della lettera, e dissigillatala vide che, se l'avesse portata, glien' andava la vita. Nella lettera si parlava del pattuito fra il Re e Pausania. Siffatta lettera mise nelle mani degli Efori. Io non vo' qui tacere del senno spartano. da che neppur per questo s'indussero a carcerar Pausania: nè avvisarono dovere usare la forza prima che di per sè si scoprisse. Adunque a cotale spia comandarono, che far dovesse. V'ha un tempio di Nettuno in Tenaro, che i Greci credon sacrilegio violare: là quella spia s' andò a rifuggire: si mise a sedere in sull' altare; allato al quale fu cavato un luogo



in ea de se esse scriptum; quod nemo eorum rediisset, qui super tali caussa eodem missi erant; vincula epistolæ laxavit, signoque detracto cognovit, si pertulisset, sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola, quæ ad ea pertinebant, quæ inter Regem Pausaniamque convenerant. Has ille literas Ephoris tradidit. Non est prætereunda gravitas Lacedæmoniorum hoc loco. nam ne hujus quidem indicio impulsi sunt, ut Pausaniam comprehenderent: neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset. Itaque huic indici, quid fieri vellent, præceperunt. Fanum Neptuni est

sotterra, donde potesse sentirsi se alcuno alcuna cosa con Argilio parlasse. Alcuni Efori si cacciaron quaggiù. Pausania sentito essersi Argilio all' altar rifuggito, tutto fuori di sè, là ne venne; e vedendolo in sull' altare sedente raccomandarsi al nume, gli dimanda qual ne sia l' improvvisa cagione. E' confessa, sè aver letto la lettera. Or sì che Pausania (fuggitogli l' animo) si diè a pregarlo più caldo, che non gli desse richiamo, nè lo tradisse, avendogli fatto tanto di bene. che se gliel' avesse passata buona e da questo fondo cavatolo, n' avrebbe gran merito.



Tænari, quod violari nefas putant Græci: eo ille index confugit: in ara cousedit. hanc juxta locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio. Huc ex Ephoris quidam descenderunt. Pausanias ut audivit, Argilium confugisse in aram, perturbatus eo venit; quem cum supplicem dei videret in ara sedentem, quærit caussæ quid sit tam repentini consilii. Huic ille, quid ex literis comperisset, aperit. Tanto magis Pausanias perturbatus orare cœpit, ne enuntiaret, nec se meritum de illo optime proderet. quod si eam veniam sibi dedisset, tantisque implicitum rebus sublevasset, magno ei præmio futurum.

5. Sentito gli Efori cotali cose, divisarono per lo migliore carcerarlo in città. Là dove essendo venuti, Pausania rappattumatosi, come credea, con Argilio, tornandosene a Sparta, per la strada (in sull' esser preso) dal viso d' un Eforo che volea avvisarnelo, comprese venirgli tese insidie. Adunque, pochi passi prima d' esser raggiunto, ricoverò nel tempio di Minerva nomato Calcieco. Per torgli ogni via d' uscirne, gli Efori ne muraron le porte e abbatterono il tetto, acciocchè più presto si morisse allo scoperto. È voce che a que' tempi fosse viva la madre di Pausania: e vecchissima, saputo della scelleraggine del figliuolo, fosse



V. His rebus Ephori cognitis satius putaverunt in urbe eum comprehendi. quo cum essent profecti, et Pausanias placato Argilio (ut putabat) Lacedæmonem reverteretur, in itinere, cum jam in eo esset ut comprehenderetur, e vultu cujusdam Ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque, paucis ante gradibus quam qui sequebantur, in ædem Minervæ, quæ Calciæcus vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim Ephori valvas ejus ædis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quo facilius sub dio interiret. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse:

la prima a portar pietre all' ingresso del tempio per chiudernelo . Per siffatto modo Pausania la fama di bravo guerriero con turpe fine macchiò. Questi fuor del tempio mezzomorto cavato , di presente spirò . il cui cadavere dicendo taluni esser da seppellire dove i giustiziati , i più disser di no : e lungi dal luogo , dov' era morto , il sotterrarono . Appresso ne fu cavato fuori per oracolo di Delfo, e sepolto quivi medesimo dov' era morto .

eamque jam magno natu , postquam de scelere filii comperit , in primis ad filium claudendum lapidem ad introitum ædis attulisse . Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte maculavit . Hic cum semianimis de templo elatus esset , confestim animam efflavit . cujus mortui corpus cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere , quo hi qui ad supplicium essent dati , displicuit pluribus : et procul ab eo loco infoderunt , in quo erat mortuus . Inde posterius dei delphici responso erutus , atque eodem loco sepultus , ubi vitam finierat .

IL FINE

DELLA VITA DI PAUSANIA

C I M O N E

VITA QUINTA

DI

CORNELIO NIPOTE



1. Cimone ateniese di Milziade ebbe il principio della sua adolescenza assai sventurato. Conciossiachè non avendo potuto suo padre pagare al popolo la condennagione, e morto per questo nella pubblica carcere; Cimone era altresì ritenuto nella medesima carcere, nè per legge ateniese ne poteva uscir fuori, se non saldato il debito del padre. Or avea egli in moglie una sua germana sorella nomata Elpinice, presa non tanto per amore quanto per uso di sua patria. da che è lecito agli Ate-



1. Cimon Miltiadis filius atheniensis duro admodum initio usus est adolescentiæ. Nam cum pater ejus litem æstimatam populo solvere non potuisset, ob eamque caussam in vinculis publicis decessisset; Cimon eadem custodia tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater multatus esset, solvisset. Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam nomine Elpinicen, non magis amore quam patrio more ductus.

niesi menar mogli le nate dello stesso padre. Cotali nozze bramando un Callia, persona non tanto nobile, quanto addanajato: essendo venuto in ricchezza sopra le miniere; adoperò con Cimone che gliela desse in moglie: ottenendola, pagherebbe per lui. Egli siffatta condizione spregiando, disse Elpinice, sè non esser per patire mai che il sangue di Milziade andasse a finire nella pubblica carcere; e che, dappoichè era in sue mani impedirlo, si sarebbe maritata a Callia, tuttavia mantenendo lui le promesse.

2. Per siffatto modo di prigion tratto Cimone, di repente montò a' primi gradi. Imperciocchè egli

••••

nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam non tam generosus quam pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat; egit cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret: id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is cum talem conditionem aspernaretur, Elpinice negavit se passuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire; quoniamque prohibere posset, se Calliæ nupturam, si ea, quæ polliceretur, præstitisset.

II. Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit. Habebat enim

era bel parlatore, largo senza pari, in legge e in milizia spertissimo; come colui che fin da' primi anni era stato all'oste col padre. Pertanto governò la gente di città, e fu di gran credito nell' esercito. In prima generale al fiume Strimona mise in fuga numeroso esercito di Traci: fabbricò Anfipoli e vi mandò una colonia di diecimila uomini. Ed egli pur vinse a Micale una flotta di dugento navi ciprie e fenicie, e nello stesso giorno ebbe pari fortuna in terra. Perciocchè, prese le navi nemiche, di tratto sbarcò sua gente, e sola un' affrontata mise in rotta poderosa armata di barbari. Per la qual vittoria, fatta gran preda, nel tor-



satis eloquentiæ, summam liberalitatem, magnam prudentiam cum juris civilis tum rei militaris; quod cum patre a puero in exercitu fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum in sua tenuit potestate, et apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum imperator apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugavit: oppidum Amphipolim constituit, eoque decem millia Atheniensium in coloniam misit. Idem iterum apud Mycalen Cypriorum et Phœnicum ducentarum navium classem devictam cepit, eodemque die pari fortuna in terra usus est. Nanque, hostium navibus captis,

narsene a casa, perchè già alcune isole pel duro governo s' erano ribellate, incoraggiò le ben animate, e le ribelli costrinse tornare all'obbedienza: votò Sciro abitata a que' tempi da' Dolopi, che era stata un po' troppo oltraggiosa: gli antichi abitatori cacciò della città e dell' isola: compartì i campi fra' suoi cittadini: fe' macello, alla sua venuta, de' Tasi di lor forze superbi. Di questa preda fu rabbellita la rocca d' Atene dalla parte di mezzogiorno.

3. Di che avvenne, che levandosi solo a pezza sopra degli altri, soggiacque alla medesima malvoglienza che 'l padre suo e gli altri tutti prin-

••••

statim ex classe copias suas eduxit, barbarorum uno concursu maximam vim prostravit. Qua victoria, magna præda potitus, cum domum reverteretur, quod jam nonnullæ insulæ propter acerbitatem imperii defecerant, bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit: Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, quod contumacius se gesserat, vacuefecit: sessores veteres urbe insulaque ejecit: agros civibus divisit: Thasios opulentia fretos suo adventu fregit. His ex manubiis Athenarum arx, qua ad meridiem vergit, est ornata.

III. Quibus rebus cum unus in civitate ma-

cipi ateniesi. Imperciocchè per sentenza de' cocci, che coloro chiamano ostracismo, fu condannato in dieci anni d' esiglio. del che ebbero gli Ateniesi a pentirsi prima di lui. Dappoichè avendo egli con forte animo dato luogo alla invidia degl' ingrati cittadini, e gli Spartani dichiarato guerra agli Ateniesi; di tratto seguitò il desiderio dello sperimentato valor suo. onde fu richiamato in patria dopo cinque anni d' esiglio. Egli che s' era legato di ospitalità con gli Spartani, giudicando esser troppo meglio che essi e i suoi cittadini s' accordassero insieme, anzichè venissero alle armi, di per sè venne a Sparta, e mise pace fra due città po-

••••

xime floreret, incidit in eandem invidiam, quam pater suus cæterique Atheniensium principes. Nam testarum suffragiis, quod illi ostracismum vocant, decem annorum exilio multatus est. cujus facti celerius Athenienses quam ipsum pœnituit. Nam cum ille forti animo invidiæ ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent; confestim notæ ejus virtutis desiderium consecutum est. itaque post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quod hospitio Lacedæmoniorum utebatur, satius existimans eos et cives suos inter se una volun-

tentissime. Ed eccoti che spedito in Cipro alla testa di dugento navi, soggiogata la più parte di quell' isola, ammalatosi morì in Cizio.

4. Lui gli Ateniesi, non pur in guerra ma e in pace, grandissima pezza desiderarono. da che fu liberale per forma, che avendo poderi e giardini in gran copia, non vi pose mai guardia a servarne i frutti, acciocchè non fosse vietato a persona usarne a sua voglia. Il seguitavano sempre donzelli con danaro, per avere (abbisognando taluno di limosina) da dargliela di presente, non volendo mostrar di negarla, con qualche poco d' indugio. Spesso, vedendo un poveretto mal vestito gli dette

••••

tate consentire, quam armis contendere, Lacedæmonem sua sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit. Post neque ita multo in Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, cum ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus in oppido Citio est mortuus.

IV. Hunc Athenienses, non solum in bello sed in pace, diu desideraverunt. fuit enim tanta liberalitate, cum compluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam eis custodem imposuerit fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quominus ejus rebus, quibus vellet,

il suo pallio. Così ogni giorno facea apprestare sua cena, da potervi invitare chi avesse veduto non invitato nel foro; e non lasciò passar giorno che nol facesse. A persona non venne meno di sua fede, nè di opera, nè di roba: arricchì molti: a sue spese fece fare il mortorio a moltissimi poveri morti, che non aveano lasciato donde essere seppelliti. In cotal modo adoperando, non fa punto maraviglia, che egli vivesse ognora sicuro, e morto fosse compianto.



frueretur. Semper eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe, cum aliquem offensum fortuna videret minus bene vestitum, suum amiculum dedit. Quotidie sic cœna ei coquebatur, ut, quos non vocatos vidisset in foro, omnes devocaret; quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit: multos locupletavit: complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur non reliquissent, suo sumtu extulit. Sic se gerendo, minime est mirandum, si et vita ejus fuit secura, et mors acerba.

IL FINE

DELLA VITA DI CIMONE

LISANDRO

VITA SESTA

DI

CORNELIO NIPOTE



1\. Lisandro spartano lasciò gran voce di sè, la mercè della fortuna meglio che della sua virtù. Imperocchè apparisce lui aver soggiogato gli Ateniesi, che da ventisei anni facevan guerra co' Peloponnesj. Come la bisogna s'andasse non si sa. Dappoichè ciò non gli venne fatto per valore delle sue genti, ma per la isfrenatezza degli avversari, i quali non obbedendo a' lor comandanti, chi qua e chi là sbrancati pe' campi, lasciate in abbandono le navi, dettero nelle mani del nemico.



1. Lysander Lacedæmonius magnam reliquit sui famam, magis felicitate quam virtute partam. Athenienses enim in Peloponnesios sexto et vicesimo anno bellum gerentes confecisse apparet. Id qua ratione consecutus sit latet. Non enim virtute sui exercitus, sed immodestia factum est adversariorum, qui, quod dicto audientes imperatoribus suis non erant, dispalati in agris, relictis navibus, in hostium venerunt potestatem. quo facto Athenienses se Lacedæ-

di che agli Spartani gli Ateniesi si sottomisero. Per questa vittoria Lisandro in superbia venuto, essendo sempre stato per l' addietro brigante ed ardito, si lasciò per forma traportar al suo talento, che (sua buona mercè) gli Spartani furono odiati a morte da tutta la Grecia. Conciossiachè essendo andati spacciando gli Spartani com' essi faceano cotal guerra a fine di fiaccare la tirannia ateniese; dappoichè al fiume Ege Lisandro si fece padrone dell' armata nemica; null' altro brigò che di tenere sotto di sè tutte le città, dando vista di far ciò a nome degli Spartani. In fatti avendo da per tutto cacciati quelli che avean tenuto



moniis dediderunt. Hac victoria Lysander elatus, cum antea semper factiosus audaxque fuisset, sic sibi indulsit, ut ejus opera in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint. Nam cum hanc caussam Lacedæmonii dictitassent sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem dominationem refringerent; postquam apud Ægos flumen Lysander classis hostium est potitus; nihil aliud molitus est, quam ut omnes civitates in sua teneret potestate, cum id se Lacedæmoniorum caussa facere simularet. Nanque undique, qui Atheniensium rebus studuissent, ejectis, decem delegerat in unaquaque ci-

a parte d' Atene, avea in ciascuna città preso dieci persone, cui concesse potestà assoluta di tutte le cose. In questo numero non si ammetteva se non chi o gli fosse obbligato per ragione d' ospizio, o per promessa di dover essere cosa sua.

2. Così in ogni città ordinato il governo de' Dieci, l' amministrazione di tutte le cose era in sue mani. Della cui crudeltà e perfidia basti, per esempio, sola una cosa recare in mezzo, per non istancare i lettori a contarne di più su lo stesso proposito. Tornando vincitore dell' Asia, e per Taso piegato il camino, perchè quella città era sta-



vitate, quibus summum imperium potestatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur, aut se illius fore proprium fide confirmaret.

II. Ita decemvirali potestate in omnibus urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur. Cujus de crudelitate ac perfidia satis est unam rem exempli gratia proferre, ne de eodem plura enumerando fatigemus lectores. Victor ex Asia cum reverteretur, Thasumque divertisset, quod ea civitas præcipua fide fuerat erga Athenienses, proinde ac si iidem firmis-

ta fedelissima agli Ateniesi, quasichè esser dovesse amico fermissimo chi era stato nemico costante, gli venne voglia di mandarla sossopra: e vide che, se tenuto non avesse nascosto cotal suo proponimento, i Tasi gli uscirebber di mano e si porrebbero in salvo.

3. Or dunque questo suo podere de' Dieci tolsero i suoi. Di che dolente a morte fe' disegno di torre a Sparta il governo di Re; ma conosceva non potergli ciò venir fatto, se gli dei non fosser per lui, usando gli Spartani rapportar ogni cosa agli oracoli. In prima dunque si studiò cor-



simi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, eam pervertere concupivit: vidit autem, nisi in eo occultasset voluntatem, futurum ut Thasii dilaberentur, consulerentque rebus suis.

III. Itaque decemviralem suam potestatem sui ab illo constitutam sustulerunt. Quo dolore incensus, iniit consilia Reges Lacedæmoniorum tollere; sed sentiebat, id se sine ope deorum facere non posse, quod Lacedæmonii omnia ad oracula referre consueverant. Primum Delphos corrumpere est conatus. Cum id non potuisset, Dodonam adortus est. Hinc quoque repulsus,

romper Delfo. Fallitagli la speranza, si volse à Dodona. Sfrattato anche di qua, disse aver fatto voti a Giove Ammone, divisando poter di leggieri corrompere gli Affricani. Con siffatta speranza messosi per l'Affrica, i sacerdoti di Giove gliel'accoccaron solenne; da che; non pur non si lasciaron corrompere, ma di più mandarono a Sparta ad accusar Lisandro, che avea fatto ogn' opera di corrompere i sacerdoti del tempio. Accusato di tal delitto, da' giudici assoluto, mandato dar mano agli Orcomenj, fu morto da' Tebani ad Aliarto. Quanto vero fosse il giudizio fatto di lui, ne



dixit se vota suscepisse, quæ Jovi Ammoni solveret, existimans se Afros facilius corrupturum. Hac spe cum profectus esset in Africam, multum eum antistites Jovis fefellerunt; nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedæmona miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod sacerdotes fani corrumpere conatus esset. Accusatus hoc crimine, judicumque absolutus sententiis, Orchomeniis missus subsidio, occisus est a Thebanis apud Haliartum. Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit, quæ post mortem in domo ejus reperta est, in qua suadet Lacedæmoniis, ut re-

fu indizio l'orazione, che dopo morto fu trovata in sua casa, nella quale conforta gli Spartani a crear lui solo (tolto il real podere) con piena potestà di far guerra; ma scritta per forma, che parea confarsi col giudizio degli dei, che per denaro e' si teneva in mano. Corre voce avergliela scritta Cleone d'Alicarnasso.

4. E qui non vo' rimanermi di dire il fatto di un real satrapo Farnabazo. Dappoichè avendo Lisandro ammiraglio nella guerra crudelmente ed avaramente operato, e sospettando che informati ne fossero i suoi cittadini, pregò Farnabazo di un at-



gia potestate dissoluta, ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum; sed ita scripta, ut deorum videretur congruere sententiæ, quam ille se habiturum, pecunia fidens, non dubitabat. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicitur.

IV. Atque hoc loco non est prætereundum factum Pharnabazi satrapis regii. Nam cum Lysander præfectus classis in bello multa crudeliter avareque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit a Pharnabazo, ut ad Ephoros sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum gessisset socios-

testato per gli Efori, come e' nettamente avesse guidata la guerra e gli allegati trattato; e di cotal cosa scrivesse ben sottilmente: da che in ciò la sua autorità sarebbe stata di gran peso. Quegli magnificamente disse di farlo. e scrisse un quaderno, dove lo loda a cielo. il quale Lisandro avendo letto e piaciutogli, quegli in quello che lo sigilla un altro di ugual grandezza gliene scambiò da non poter distinguere, nel quale avea esattamente descritto la sua avarizia e perfidia. Quindi Lisandro in patria tornato, dopo detto presso il magistrato supremo de' suoi fatti ciò che



que tractasset; deque ea re accurate scriberet: magnam enim ejus auctoritatem in ea re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur. Librum gravem multis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. quem cum legisset probassetque, dum obsignatur, alterum pari magnitudine, ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo accuratissime ejus avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum cum rediisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum, quæ voluerat, dixerat, testimonii loco librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto Lysandro, cum

voleva, in prova consegna la lettera di Farnabazo. Gli Efori, fatto cessar Lisandro, e lettala, a lui la dettero a leggere. Così egli, senza volerlo, fu accusator di sè stesso.



Ephori cognossent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus fuit accusator.

IL FINE

DELLA VITA DI LISANDRO

E

DELLE PRIME SEI VITE

DI

CORNELIO NIPOTE

ERRORE DI STAMPA	CORREGGI
A faccia 55. *Plateas*	*Platæas*

Nihil obstat

Joannes Gherardus De Rossi Censor Philol.

Nihil obstat

P. D. Joachim Ventura Theatinus Cens. Theol.

IMPRIMATUR

Fr. Th. Domin. Piazza S. P. A. Pro-Mag.

IMPRIMATUR

Joseph Della Porta Patr. Constantinop. Vicesg.



